



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 44. Synodi Monasteriensis, Tornacensis & Cameracensis decreta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. mo Pontifice agatur pro dispensatione  
A. C. 1664. Irregularitatis incurſæ.

## §. XLIV.

*Synodi Monasteriensis, Tornacensis  
& Cameracensis decreta.*

*Hartz. Con-  
cil. Germ.  
tom. 10.*

Rursus hoc anno Bernardus a Gallia  
Monasteriensis Episcopus duas Epis-  
tolas Pastorales edidit, in quibus Cle-  
rum suum ad observanda decreta in  
Synodis stabilita hortabatur; parte  
quoque Franciscus Villani a Gandia  
Tornacensis Episcopus Diæcesanam in-  
buit Synodus, in qua itidem quorum  
dam priorum statutorum Tornacensis  
executionem inculcabat; reipsa enim  
adversus omnis generis corruptelas, &  
vitia tam contra bonos mores, quo  
Ecclesiæ disciplinam irrepentia tot Sy-  
nodi totque statuta & præcepta fu-  
runt sanctita, ut si eorum observantia  
potuisset impetrari, & nisi inveterata  
morum pravitas, pravi exempli poten-  
tia, & in vetita proruendi proclivitate  
prævalerent, tot Diæcesanas Synodus  
habere, superfluum esse videretur: et  
propter in primis quatuor Ecclesiæ sa-  
culis, ubi morum Sanctitas tam in  
Clero quam in populo adhuc viguit,  
& pretiosus Christi Domini Sanguis ad-  
huc calidus in fidelium venis ebullivit.

pau-

paucas Synodos circa disciplinam, po- Sæc. XVII.  
tissimas contra enascentes hæreses fui- A. C. 1664.  
se celebratas videmus.

Insuper hoc anno die prima Octo-  
bris Casparus Nemius Cameracensis  
Archiepiscopus Decanorum Congrega-  
tionem habuit, in qua illis præcepit,  
ut sincere Archiepiscopo deferant, quos  
vel ob vitæ licentiam, vel literarum  
defectum Sacris officiis minus aptos  
noverint, ut novo examini subjiciantur,  
& inepti ab officio suspendantur.  
Statuit etiam sub pœna trium floreno-  
rum, ne quis tempore Concionis vel  
Catechismi Missam privatam celebrare  
audeat. Denique declaravit, quod  
nullus pro subdiaconatu ad examen sic  
admittendus, nisi testimonium a De-  
canis subscriptum de vitæ probitate,  
deposita confessione Generali, & factis  
proclamationibus exhibuerit.

### §. XLV.

#### Quorundam Scriptorum Catholico- rum opera & obitus.

Nonnullos ex Scriptoribus Catholi- Witte Diar.  
cis, qui hoc anno obiere, subjun- Biogr.  
gere lubet; hos inter primus occurrit Mandos.  
Franciscus de Salgado, qui duos ta- Bibl. Rom.  
mos edidit de regia protectione oppres-  
orum a caassis & Judicibus Ecclesia-